genere. Et ita qd̄ est in hoīe fm̄ suppositionez  
simplicē nō oportet esse in aliquo hoīe. sed qd̄  
est in homine fm̄ suppositōez p̄sonalē hoc est  
in aliquo homine. Et ita neutra cōsequentia  
tacta in textu valet nisi sumendo cōmune fm̄  
suppositionē p̄sonalem. **A**d secundū potest  
dici q̄ non est fallacia consequētis. quia non  
arguitur ad primā substantiā d̄terminatā de  
terminata sed indeterminate. Et hoc modo est

equē cōmune cum termino cōmuni sumpto p̄  
sonaliter. **A**d terciū dicendū. **D**s terminus  
in vna p̄positione nō habet nisi vnā suppositi  
onē. quia vna p̄positio est signū vnus intelle  
ctus compositi. et diuersē suppositōes termini  
sunt diuersē rōnes intelligendi terminū respe  
ctu terciū. et omnes suppositōnes in suo genere  
sunt oppositē. cū igitur impossibile sit itē in  
eodē intellectu composito respectu terciū intel  
ligi sub diuersis vel oppositis racōnibus in  
telligendi impossibile est idē in vna p̄positio  
ne habere diuersas suppositōes. indifferēs est  
igitur terminus ad diuersas suppositiones.  
licet nō in vna p̄positione. loquimur autē de  
consequentia vt antecedēs est p̄positio vna. et  
sic non ē maior indifferētia in ante q̄ in p̄te.  
**B**uodecimū dubiū. **U**trum nou ex  
istētibus primis substantijs impossibile sit ali  
quid alioz remanere. **E**t videt̄ primo q̄ nō  
Quia destructo posteriori nō est necesse prius  
destrui. cū prius nō dependeat in esse a postero  
ri. sed substantie vniuersales sunt priores sub  
stantijs primis. qz componit̄ prias. ḡ destructi  
tis primis q̄ sunt posteriores secundis nō oportet  
secūdas destrui. **S**ecūdo sic. si destructi  
primis destruitur secūde vel hoc esset p̄ se vel  
ex consequētī. **N**on p̄ se. quia nihil est p̄ se cor  
ruptibile vel generabile nisi p̄ se habens esse.  
**S**ed vniuersale nō habet p̄ se esse nec ex conse  
quētī. quia corruptibile dicit̄ aptitudinez ad  
actū que primo inest vniuersalibus. **T**ercō  
secūde substantie habent esse. sc̄z non habēt esse  
a primis sed eōuerso. igit̄ possunt esse sine pri  
mis vel primis destructis siue corruptis. ergo  
possibile est aliquid alioz remanere. **Q**uarto.  
omne abstractū fm̄ eē ab alio potest esse sine  
alio. sed vniuersalia fm̄ esse vidētur abstracta  
a primis substantijs. igit̄ t̄c. **M**inor p̄bat̄. qz  
sunt abstracta fm̄ rationē. igit̄ etiā fm̄ rem et  
esse. quia abstractio rōnis realē p̄supponit si  
cut ens rōnis ens reale p̄supponit. **Q**uinto.  
si destructis primis substantijs destruerētur se  
cūde. tūc valeret cōsequentia ab inferiori ad su  
perius negatiue. sc̄z talis nō valet vt tenet̄ cōmu  
nes logici. **M**inor p̄bat̄. qz nō sequit̄. hoc nō  
est hō ḡ nō est aīal. **S**exto. interpretis disse  
rētys que sunt rōnale et irrationale. adhuc po  
test intelligi substantia aiata sensibilis que est  
animal. ḡ destructis primis substantijs non de  
struitur. p̄pter hoc secūde substantie. ḡ primis  
destructis possibile est aliquid alioz remanere.  
**H**is patz p̄ p̄ p̄. in cōitariibus p̄dicabilū.

Ren

Ann

Sed Cōm

de intentione p̄sonalē  
p̄ h̄ p̄ h̄ m̄ h̄ t̄ h̄ t̄ h̄  
ḡ n̄ p̄

**S**eptimo species interempte non simul interimitur genus sicut dicit Porphyrius. ergo similiter prime substantie interempte non interimitur secundas. Et per consequens destructis primis substantiis possibile est aliquid aliorum remanere.

**S**olutio sic et hoc siue exponatur per oppositio correlativa de intentionibus siue de rebus. De intentionibus manifestum est. Quia destructo uno relatiuorum destruitur et reliquum. primum autem et secundum sunt relatiua. nec illo modo prime substantie sunt magis correptibiles quam secunde. De rebus significatis etiam verum est correlatiuum. quia destructo illo sine quo aliud non habet esse destruitur etiam id quod habet esse ab illo. sed sine primis substantiis secunde substantie non habent esse in rebus natura. igitur illis corruptis corrumpuntur secunde substantie.

**M**aior est manifesta. Minor patet. Quia vniuersalia esse perfectum non habent in rerum natura nisi in singularibus. Simili modo patet de accidentibus. Quia accidentia esse in esse ergo non sunt sine singularibus que sunt eorum propria subiecta.

**A**d obiecta in oppositum. ad primum est dicendum. Quod destructo posteriori secundum quod posterioris est non necessario destruitur prius secundum quod prius est sed secunde substantie non sunt partes primis secundum esse existentie sed sic sunt eis posteriores sicut dicit Hilbertus porritanus quod vniuersale generatur ex consequenti in singularibus. Non communiter dicitur solet quod vniuersalia prout albertus dicit habent triplex esse. vnum esse habent in singularibus. aliud habent esse secundum se et absolute prout sunt simplices nature pluribus communibiles. Tercio habent esse in intellectu et hoc dupliciter vel in intellectu cognoscente tantum sicut est intellectus humanus. vel in intellectu cognoscente et causante simul qualis est intellectus diuinus omnibus igitur singularibus siue primis substantiis destructis impossibile est aliquid aliorum remanere secundum esse existentie.

**A**d dicitur autem omnibus quia si solum aliquae destruerentur tunc possunt manere adhuc secunde substantie in alijs. vnde equiualeat correlatiuum vniuersali negative postponendo tamen hoc participium destructis quod includit negationem signi vniuersalis alias si prederet signum vniuersale immobilitaret ipsum iuxta regulam logicam et faceret particularem in virtute.

**I**sta tamen propositio destructis primis substantiis non ponit primas substantias posse destrui. Quia ablatiuus absolutus secundum pristinam et hoc in constructione debet et poni per si quia vel dum. po-

est igitur esse sensus si destruantur prime substantie destruantur secundae. vel quia. vel dum et quod libet exponens est vera. Quia positio alicuius in comparatione ad aliud non requirit ipsum ponit absolute sed est fallacia secundum quid ad simpliciter.

**A**d secundum est dicendum quod secundae substantie non sunt corruptibiles per se sed ex consequenti.

**A**d improbatorem hoc dicendum quod corruptibile dicitur dupliciter a profunditate scilicet per se et per remota. Si primum sic conuenit corruptibilitas primis substantiis. id est prime substantie sunt que actu corrumpti possunt. Si hoc dicit corruptibilitas a profunditate remota tunc conuenit secundis substantiis ut probatur argumentum.

**A**d tertium est dicendum. licet secundae substantie non habeant proprie esse a primis. habent tamen esse in primis. quod sunt quidditates primarum quas impossibile est separari a primis.

**A**d quartum dicendum sicut ens rationis non presupponit ens reale. sic quod esset ens reale. sed quia fundatur in aliquo reali. sic etiam non oportet abstractum secundum rationem esse abstractum realiter sed sufficit quod per aliquod reale sit distinctum ab illo a quo abstrahitur. vel quod illud a quo sumitur sit distinctum ab illo a quo sumitur illud a quo abstrahitur.

**A**d quintum dicendum secundum dominum Albertum quod non est hic locus ab inferiori ad superius negatiue. sed est hic locus a singularibus sufficienter enumeratis ad suum vniuersale. quasi sic argueret. Socrates non est. plato non est. et sic de alijs. ergo nullus homo est.

**A**d sextum et septimum dicendum. quod interemptis speciebus et differentijs non interimitur genus secundum quod est prius eis. sed tamen necessario interimitur genus secundum esse determinatum quod habet in speciebus. Et si simili modo dicitur in opposito quod destructis primis substantiis destruantur secundae substantie secundum esse quod habent in primis substantiis quibusuis non destruantur secundum quod sunt in se considerate. Et ita potest dici siue aliquis homo sit siue non sit semper sequitur animal predicatur de homine. ergo de aliquo homine. et propter idem consequens est verum. propter quod antecedens scilicet propter inseparabilem unionem extremorum licet neutrum existat. Quando autem homo habet suppositioem personalem determinatam tunc necesse est eius esse aliqua supposita. quod cuiuslibet communis siue existens siue non existens est suppositum accipere per additionem pronominis demonstratiui sicut ipsum est commune. ergo dictum est quod sequitur. Animal predicatur de homine. ergo de aliquo homine. Sequitur Sedam hoc subaz.

quod hoc per se non est in primis substantiis

quod hoc per se non est in primis substantiis

Quod alibi dicitur huius triplex esse

**Tunc ibi.** Secundarū vero substātia rā. Ista est tertia pars principalis in qua comparat secundas substācias adinuicē. Et diuiditur in duas pres. Prio comparat adinuicē secundas substācias. Secūdo comparat adinuicē primas substācias. **Secūda ibi.** Similiter autem Prio in duo fm q̄ pbat dictū suū dupliciter **Secūda ibi.** Amplius prie substācie. Prio dicit q̄ inter secundas substācias species magis est substācia q̄ genus. Quia spēs est ppinquitior prie substācie q̄ genus. qz si quis assignet id est diffinet primaz substācia quid sit. ille cōuenientius et enidētius assignabit. i. diffinet et pferens specie in diffiniēdo sine ad interrogatiōne factā p quid de pria substācia q̄ genus ut assignādo sine diffiniēdo quendā hominē assignabit manifestius hoies q̄ animal. Quia species est magis ppria alicui homini. genus hō est cōmunius.

**Tunc ibi.** Amplius principales. Dic phus pbat conclusionē inā secūda ratione dices. sicut se habent principales substācie ad omnia alia. sic se habet species ad genus. qz species substat generi. genera etiā de speciebus pdicātur. spēs autē de generibus minime cōuertibiliter pdicant. sed sic est q̄ principales subiecta id est prime substācie maxie dicuntur substācie. eo q̄ omnibus alijs subiecte sunt. et omnia alia de ipsis pdicant. q̄ species q̄ substācie generib⁹ et dicuntur magis substācie q̄ genera. **Postea** comparat species adinuicē dices q̄ inter spēs quae non sunt genera vna nō est magis substācia q̄ alia. **Ad parz.** qz nihil magis familiarius assignabit assignans de aliquo homine q̄ sit homo q̄ de aliquo equo q̄ sit equus.

**Tunc ibi.** Similiter autē substāciar. Dic phus comparat subas prias ad seinuicē. Et diuiditur in duo. qz prio facit hoc. Secūdo pbat quoddā suppositū. **Secūda ibi.** Merito autē. Prio dicit. Substāciar principalis id est priaz nihil magis altera est substācia. i. vna nō est magis substācia q̄ altera. qz nihil magis substācia est aliquis hō q̄ aliqs bos.

**Tunc ibi.** Merito autē post principales. Dic phus declarat quoddā suppositū. Et diuiditur in duo fm q̄ declarat illud suppositū duplici rōe. **Secūda ibi.** Amplius autē. Prio dicit. q̄ merito post principales substācias de numero alioz sole spēs et genera dicuntur se eūde substācie. qz sole spēs indicat principales

substācia sp̄ diffinitive. Et sole spēs et genera predicātur i quid de primis substācijs. Exemplificat ut si quis assignauerit aliquā arborē quid sit. ille demonstrabit familiarius. i. clarius assignando speciem q̄ genus. ut aliquā arborem esse arborem q̄ plantam. Et similiter. si quis diffinuerit aliquē hominem manifestus faciet assignando hominem q̄ animal. sed quodcūq̄ alioz assignauerit hoc est extraneum. sicut si assignauerit aliquid accidens vel album aut currit aut quodcūq̄ taliz reddēs ergo merito hē sole secunde substācie dicuntur.

**Tunc ibi.** Amplius autem substantia Dic philosophus probat ratione secunda illud suppositum dicens. Amplius substantie principales dicuntur proprie substantie eo q̄ omnibus alijs substant. sed sicut se habent prime substantie ad omnia alia. ita species et genera habent se ad reliqua omnia. quia de his predicātur reliqua omnia. Quia aliquem hominem dicimus grammaticum esse. ergo et hominem et animal grammaticum dicimus. et similiter est in alijs.

**Incidunt dubia.** **Primum est.** An prime substantie sunt magis substācie q̄ secunde. et inter secundas substācias magis species q̄ genera. et equaliter substantie sint species. **Et** videtur primo q̄ non. qz ut dicitur posterius in quinta pprietate. Substantia nō suscipit magis neq̄ minus. igit prima substantia non est magis substantia q̄ secunda. **Secundo** sic inter species specialissimas vna pluribus substāt q̄ alia. ergo nō sunt equaliter substantie. Quia asinus pluribus substāt q̄ homo. quia substāt omnibus illis quibus homo et cū hoc bruto. **Solutio** sic ut declaratum fuit p ordine i ter. **Ad obiecta in oppositū.** Ad primum dicendum. q̄ substantia ut dicitur a se esse magis et minus non suscipit ut postea dicit in textu sed tene ut dicitur a substantia. **Ad secundum ē dicendum.** q̄ ad hoc q̄ vnum magis sit substantia q̄ reliquum non sufficit q̄ substācia pluribus substāt. sed oportet q̄ substet omnibus quibus substāt alia. et cum hoc illi respectu cuius dicitur magis. sic autem non est inter species specialissimas. Quia inter eas vna non substāt alijs. sed habent se ut quedam disparata non habentes inter se aliquem ordinem.

**Secundū dubiū est.** An magis assignat



net quid predicans speciem q̄ predicans genus  
 Et videtur q̄ nō. Quia genus generalissimū  
 quod est substantia est principium omnium  
 predicamentorum eiusdem coordinationis. q̄  
 p̄ seipm̄ est predicatum quidditativum et cau-  
 sa formalis inferiorum. alia autem inferiora  
 p̄pter ipm̄ genus generalissimū in q̄d predicāf.  
**Solutio** sic. quia cū sup̄ius sit i inferiori actu  
 et intellectu qui assignat id quod inferius assignat  
 et hoc quod superius est qui autem assignat  
 quod superius est nec actu nec intellectu assignat  
 quod inferius est. quia non est in ipso nisi  
 fm̄ potentiam sicut omne inferius est in supe-  
 riori solum potestate. **Ad obiectum dicendū**  
 quille qui assignat quod inferius est assignat id  
 quod per aliud causa est dicendū q̄ inferius nō  
 est causa per aliud quod est extra ipm̄. et ideo nō  
 est causa omnino p̄ accidens siue per aliud sed  
 per seipm̄ si vero esset causa per aliquod quod  
 esset extra ipm̄ tunc esset causa omnino per aliud  
 et ita patet q̄ ad questionem quid est de prima  
 substantia p̄ueniēter responderetur sp̄s q̄ genus  
**Comune aut̄ est omni substantie in**  
 subiecto nō esse. principalis namq̄ substantia  
 neq̄ de subiecto dicitur neq̄ in subiecto ē. **Se-**  
 cundarum vero substantiarum constat quidez  
 etiam sic. quia nulla est in subiecto. homo eni  
 de subiecto aliquo homine dicitur. i subiecto  
 nullo est. non enim in aliquo homine homo ē  
 similiter autem et animal de subiecto dicit̄ aliq̄  
 homine non est autem animal i aliquo homine  
**Amplius eorum que in subiecto sunt. nomen**  
 quidem nihil prohibet aliquādo predicari de  
 subiecto. rationē vero impossibile est. secundaz  
 vero sbaz̄ predicatur. et rō de subiecto et nomen  
 rationē namq̄ hominis de aliquo homine pre-  
 dicabis et animalis. ergo nō erit substantia horū  
 que in subiecto sunt. Nō autem est hoc substā-  
 tie propriū sed et differentie illud est q̄ i subiecto  
 nō est. bipes eni et gressibile de subiecto quicūq̄  
 hoie dicit̄. in subiecto aut̄ nullo est. nō ei in ho-  
 mine est bipes. neq̄ gressibile. ratio quoq̄ diffe-  
 rentie de eo dicit̄ de quocūq̄ ipa differentia pre-  
 dicatur. velut si gressibile de homine dicit̄. et rō  
 gressibilis de homine predicat̄. est eni homo gres-  
 sibilis. **Non** vos vero cōturbent substantia-  
 rum partes que ita sunt in toto quasi in subie-  
 cto sint. ne forte cogamur eas nō esse substantias  
 cōsiteri. nō eni in subiecto dicit̄ur esse. que  
 tanq̄ partes sunt in aliquo. **Inest** autem sub-  
 stācijs et dīcijs ex his hōia vniuoce predicari. oīa

enī que ex his predicata sunt aut de indiuiduis  
 predicant aut de speciebus. a principali namq̄  
 substantia nulla est predicatio. de nullo enī subie-  
 cto dicit̄. secundaz̄ vero substantiarum. species  
 quidem de indiuiduo predicatur genus autem et  
 de specie et de indiuiduo. similiter aut̄ et dīe et de sp̄e  
 b̄. et de indiuiduis predicatur. rationem namq̄ in-  
 sciunt prime substantie specierū et generum. et  
 species generū. quecūq̄ enī de predicato dicunt̄  
 eadem et de subiecto dicit̄ur. similiter autem et dif-  
 ferentiarū rōnē suscipiunt species et indiuidua  
 vniuoce autē sunt quorū nomen cōmune est et  
 ratio eadem. quare omnia que a substācijs sūt  
 et dīcijs vniuoce dicit̄ur. **Omnis** autem  
 substantia videtur hoc aliquid significare et in  
 primis quidem substantijs indubitabile. et ve-  
 rum est quoniā hoc aliquid significat. indiui-  
 duū enī et vnum numero est quod significatur  
**In** secundis vero substācijs videtur qui-  
 dem similiter sub appellationis figura. hoc ali-  
 quid significare quādo quis dixerit hominem  
 vel animal. nō tamen verum est. sed magis q̄le  
 quid significat. neq̄ enī vnum est quod subie-  
 ctum est quēadmodum prima substantia. sed  
 de pluribus homo dicitur et animal. nō autem  
 simpliciter qualequid significat quēadmodum  
 album. nihil enī aliud significat album quam  
 qualitatem. genus autē et species circa substan-  
 tiam qualitatem determinant. qualem enī quā-  
 dam substantiam significāt. plus autē in gene-  
 re q̄ in specie determinatio fit. dicens enī ani-  
 mal plus complectitur q̄ hominem. **Inest**  
 autem substantijs nihil illis esse contrarium  
 enī substantie quid erit cōtrarium. alicui enī ho-  
 mini nihil est contrarium. at vero nec homini.  
 nec animali nihil est cōtrarium nō est autē hoc  
 substantie proprium sed etiam multorum alio-  
 rum. vt quantitati. bicubito enī nihil est cōtra-  
 rium. at vero nec decem. nec alicui talium. **Ni**  
 si quis forte multa paucis dicat esse contraria  
 magnū puo determinatorū nō nullū nulli ē Inest  
**Videtur** autem substantia nō suscipere ma-  
 gis et minus. dico autem hoc nō quia substan-  
 tia nō est a substantia magis et minus. hoc au-  
 tem dictum est quia est. sed quoniāz vnaqueq̄  
 substantia hoc ipsum quod est. nō dicitur ma-  
 gis et minus vt hec substantia homo nō est ma-  
 gis et minus homo neq̄ ipse a se. neq̄ alter ab  
 altero. nō enī est alter ab altero magis hō. sicut  
 est albū alterz̄ altero magis albū et bonū alterz̄  
 altero magis bonū. s̄z et ipm̄ a se magis et min⁹ d̄z

vt corpus cū sit album. magis album esse dicitur nunc q̄ prius. et cū calidum sit magis et minus calidum dicitur. substantia vero nō dicitur. nihil em̄ homo magis nunc homo q̄ prius dicitur neq; aliorum quicq; que substantie sunt quapropter nō suscipiet substantia magis et minus. **M**axime vero proprium substantie videtur esse q̄ cum vnū et idem numero sit contrariorū susceptiuum est. et in alijs quidem nō habebit quicq; quid proferat. quecūq; nō sunt substantie quod cū sit vnū et idem numero. susceptibile contrariorum sit. velut color quod cui sit vnū et idem numero. nō erit album et nigrū neq; eadem actio et vna numero erit praua et studiosa. similiter autem et in alijs quecūq; nō sunt substantie. substantia vero cum vnū et idem numero sit capax est contrariorum. vt quidem homo cū vnus et idem numero sit. aliquādo quidem est albus aliquādo niger. et calidus et frigidus. et prauus et studiosus. in alijs autē nullus aliquid tale videtur. **N**isi quis fortitan instet dicēs orōnem et visum hōi esse. eadem em̄ oratō et idem visus verum et falsum eē videtur. veluti si vera sit oratio sedere aliquem surgente eo falsa erit. similiter autem et de visu si quis em̄ vere putet sedere aliquem. surgente eo falsum videtur ei eundem habenti de eo visum. **S**ed et si quis hoc suscipiat. tamen modo differt. nam ea que in substantijs sunt ipsa mutata susceptibilia sunt contrariorum. frigidū em̄ ex calido factū mutatum est. alterum enim factum est. et nigrum ex albo. et studiosum ex prauo. similiter autē et in alijs vnūquodq; mutatonem suscipiens est susceptibile contrariorum. **O**ratio autē et opinio ipsa quidem immobilia omnino p̄seuerat. cū vero res mouetur. contrarium circa eam sit. oratio nāq; p̄manet eadē eo q̄ sedeat aliquis. cū vero res mota sit. aliquādo quidē vera aliquādo quidem falsa sit. similiter autē et in opinione. **Q**uia propter solū modo proprium est substantie q̄ fm̄ sui mutatonem susceptibilis contrariorum sit. **S**i quis autē hoc recipiat opinionem et orōnem dicēs susceptibilia esse contrariorum. nō est verū hoc oratio nāq; et opinio nō in eo q̄ ipa aliquid recipiāt. contrariorum susceptibilia esse dicuntur. sed in eo q̄ circa alterū aliqua passio facta sit. nam in eo q̄ res est aut nō est. in eo orō vera vel falsa dicitur. nō in eo q̄ ipa susceptibilis sit contrariorū. simpliciter em̄ a nullo neq; oratio mouetur neq; opinio. qua p̄pter nō erit susceptibilia contrariorū. cum nulla in eis passio facta sit. verum substantia in eo q̄ ip

sa contraria suscipiat in hoc contrariorum susceptibilis esse dicitur. languorem em̄ et sanitatem suscipit. et candorem et nigredinem. et vnūquodq; talium ipsa suscipiendo contrariorū dicitur susceptibilis esse. **Q**uare proprium erit substantie cum sit vnū et idem numero fm̄ sui mutatonem susceptibilem esse contrariorum. et de substantia quidem hęc dicta sunt.

**I**ta est secūda pars principalis huius capituli. in qua aristoteles determinat de proprietatibus substantie. **E**t diuidit in sex partes. fm̄ q̄ sex ponit proprietates sube patebunt in p̄cessu partes. **P**rima pars diuiditur in tres partes. quia primo ponit primā proprietatē substantie. **S**ecundo ostendit eam non esse proprie propriam. **T**ercio remouet quiddā dubiū. secūda ibi non est autem. **T**ercia **I**bi non vos conturbent. **P**rima diuidit in duo primo dicit que sit prima proprietates substantie. **S**ecundo probat dictū suū. sed o ibi. principalis autē substantia. **P**rima iterum in duo fm̄ q̄ probat dictum suū dupliciter. secūda ibi. **A**mplius autem. **Q**uo ad p̄mū dicit q̄ nō esse in subiecto est cōmune omni substantie. probat p̄mo de prima substantia. p̄ eius diffinitōem dicens principalis substantia. i. p̄ma substantia nec dicitur de subiecto nec est in subiecto. **D**e secūdis subijs p̄o. p̄bat iductiue p̄mo sic dicēs constat q̄ nulla secūdarū substantiarum ē in subiecto. quia homo de subiecto quidē dicitur sc̄z aliquo homine in subiecto vero nullo est. qz nō est homo in aliquo homine sicut in subiecto. **E**t simili modo animal dicitur de subiecto de aliquo homine sc̄z. sed nō est in aliquo homine sic in subiecto. **T**unc ibi. **A**mplius eorum. **I**n ista parte. p̄. probat dictū suū rōe dicēs. **C**orū q̄ sunt in subiecto nihil prohibet aliquādo nomē ipsorū predicari de subiecto. sed impossibile est rōnem iporum predicari de subiecto. rō vero et nomē secundarum substantiarum de subiecto predicatur. quia rōnem hominis. et simili rōnem animalis possumus de aliquo homine predicare ergo sequitur q̄ suba nō est de nūero eorū q̄ sunt in subiecto. **T**unc ibi. **N**on est autem. **I**n ista parte. p̄. ostendit istam proprietatem nō esse proprie propriam substantie. dicēs hoc qd̄ dictū est nō esse proprie proprium sube. qz etiam cōuenit differentie substantie. quia differentia substantie nō est in subiecto. **E**t hoc declaratur. quia bipes et gressibile dicitur de subiecto homine sc̄z. sed in nullo subiecto est. nō em̄ est bipes in homine. neq; etiā gressibile supple sicut in subiecto. qz rō. i. diffinitio differentie predicatur de eo de quocūq; ipa dia

*ma 6. text*

predicatur. sicut si gressibile de homine predicatur tunc ratio gressibilis etiam de homine predicatur quia homo gressibilis est.

Tunc ibi. **N**o vos vero turbet subar. In hac parte remouet phs dubium dicens. **N**o coturbent vos pres substantiaru. quia iste videtur esse in toto sicut in subiecto. et ppter hoc ne forte cogamur eas confiteri no esse substantias supple sciendu est q ista no dicuntur esse in subiecto quia sunt in aliquo sicut pres. quasi uelit phs dicere alius est modus essendi in accidentis in subiecto. et prium subalium in toto

Tunc ibi. **I**ncit autem. Dic phs ponit se eundam proprietatem substantie. Et diuiditur in duo. primo ponit proprietate. secundo probat eam ibi. **O**mnia em. quo ad primu dicit q in est substantijs et dicitur earu uniuoce predicari de primis. quia omnia predicata aut predicantur de indiuiduis. aut de speciebus. sed a priori palu substantia nulla est predicatio. quia de subiecto nullo dicit sed inter secundas substantias species predicatur de indiuiduis et genus de speciebus et indiuiduis. Et similiter dicitur predicantur de speciebus et indiuiduis. quia prime substantie recipiunt diffinitioem specieru et generu. et species recipiunt diffinitioem generu. qz quecumqz dicuntur de predicato illa omnia dicuntur de subiecto. Similiter spes et indiuidua recipiunt diffinitioem dicitur et ideo omnia q sunt ex his substantijs et differencijs substantie uniuoce predicantur

Tunc ibi. **O**mnis autem substantia. Dic phs ponit tertiam proprietate substantie Et diuidit in duo. quia pmo ponit istam proprietatem. secundo ostendit eam no uenire substantijs secundis. **S**ecunda ibi. In secundis uero. primo dicit q omnis suba uidet significare h<sup>o</sup> aliquid et illud est indubitabile in primis substantijs et uerum est q hoc aliquid prima substantia significat. quia est indiuiduus. et unum numero quod significatur per eam

Tunc ibi. **I**n secundis autem. Dic phs. probat istam proprietatem. no conuenire substantijs secundis. Et diuiditur in duo. quia primo facit hoc. secundo remouet dubium ibi. **N**o aut significat. Quo ad primu dicit q uidetur secunda substantia significare hoc aliquid sub appellationis figura. sicut si quis dicat aliquem hominem hominem et aial. tamē fm ueritatem non significat hoc aliquid sed magis quale quid. qz significatum per secundam substantiam sicut p

hominem vel animal no est unum numero. sic significatum per primam substantiam. predicat em homo de pluribus et similiter animal.

Tunc ibi. **N**on autem significat. Dic phs remouet dubium dicens. q substantia secunda no significat simpliciter quale sicut album. vel alia concreta de genere accidentium quia album nihil aliud significat qz qualitate sed secunde substantie significat qualitate circa substantiam id e qualitate essentialem siue quale quid. **G**enus em et species circa substantiam determinant qualitate. significant em quadam substantiam qualem in hoc tamē est differentia inter genus et speciem. quia in genere est plus determinatio qz in specie eo q genus est comunius. quod pater. quia dicens animal plus complectitur qz hominem predicans. **E**t ita uult phs q genus plus significat quale quid qz species quia est plus determinabile et p conseques species magis est substantia qz gen<sup>o</sup> ut dictum fuit supius

*pro hoc e ppre uocet hoc dicitur de re  
no e ppre de re de re de re de re de re  
in alio ppre de re sub qz ut in re ut p  
Hoc ppre sub nulla est ppre qz ppre ppre  
ppre ut ppre no ppre qz nihil qz ppre  
de ppre ppre et no ppre qz  
ppre nulla e uocet ppre qz illa de ppre de ppre  
h<sup>o</sup> e qz alia ordinator*

*quid significat qz quale  
quid formam ppre qz unum*

**C**irca textum hunc expositum mouet questio. **U**trum tres proprietates prime scilicet in subiecto no esse. predicari de prima substantia uniuoce et hoc aliquid vel qualequid significare. conuenienter attribuuntur substantie.

Et uidetur primo contra suppositu. q substantia non habet proprietates. quia fm rationales phs proprietates sunt specieru specialissimarum. sed genus generalissimu no est nec esse potest species. igitur non habet proprietates. **S**ecundo sic contra primam proprietatem no esse in subiecto est propriu substantie. ergo inconuenienter dicitur q est comune substantie Antecedens patet quia conuenit omni substantie soli substantie et semper substantie consequentia probatur. qz proprium et comune opponuntur.

**T**ertio ista proprietates no conuenit omni neqz soli igitur nullo modo est propria substantie Antecedens patet. **Q**uia forma substantia

*2<sup>a</sup> ppre*

*2<sup>a</sup> ppre*

lis est substantia. et tamen est in subiecto. quia est in materia que est subiectum unicuique primum secundum philosophum primo physico. **S**ecundum patet. quia conuenit accidenti in subiecto non esse sicut patet de accidentibus in venerabili sacramento eucharistie. in quo albedo sapor quantitas ut tenet potior pars theologorum subsistunt sine subiecto. **Q**uarto illud quod est in altero ut in ente completo est in subiecto sed sic est de secundis substantiis. ergo etc. **M**inor probatur. quia sunt in primis que sunt entia completa ex materia et forma. **Q**uinto non esse in subiecto puenit chimere et tamen chimera non est substantia. ego proprietates conuenit alijs a substantia. **S**exto partes integrales substantiam constituentes sunt substantie. quia substantia non componitur nisi ex substantia. et tamen non conuenit eis in subiecto non esse quod patet. quia quelibet pars integralis est in suo toto. **S**eptimo entis positivi debet esse positua proprietates sed substantia est ens posituum ergo habebit proprietatem positua. sed in subiecto non esse est quid priuatiuum igitur etc. **M**aior est manifesta. quia proprietates sequitur naturam sui subiecti igitur entis positui debet esse positua proprietates. **O**ctauo non esse in subiecto est de essentia substantie ergo non est eius proprietates sequentia est manifesta. **A**n s probatur. quia non esse in subiecto est idem quod per se esse. sed per se esse est de ratione et diffinitione substantie. quia substantia est ens per se sicut accidens ens in alio. **N**ono **O**mnis illa affirmatio est falsa in qua predicatur vniuersale super tum vniuersaliter secundum philosophum primo per armenias. sed in ista proprietate predicatur vniuersale super tum vniuersaliter. quia predicatur substantia cum signo vniuersali. **S**ecundo arguitur contra secundam proprietatem primo sic vniuersaliter predicari conuenit proprie passioni respectu speciei. sicut dicitur per. hispanus in communitatibus predicabiliu igitur non est propriu ipsi substantie secunde et differentis. **S**ecundo sic. non puenit vniuersaliter predicari omnibus substantiis igitur non est propriu substantiis vniuersaliter predicari patet. quia non conuenit primis ut dicitur in textu. **T**ertio vniuersaliter predicari conuenit accidentibus igitur non est propriu substantie. **A**n cedens patet. quia predicatur de eis vno nomine et vna ratione ergo vniuersaliter. quia patet. quia vniuersaliter dicitur quorum nomen est commune et ratio substantie secundum illud nomen est eadem. sicut exemplariter color predicatur de albedine et nigredine. **Q**uarto vniuersaliter predicari est predicari nomine et ratione. sed sic est quod

non omnia secunda substantia predicant nomine et ratione. igitur etc. probatur. quia genus generalissimum nec etiam differentia rationem habent. **T**ertio arguitur contra tertiā proprietatem in qua dicitur propriu est prime substantie hoc aliquid significare. **E**t primo sic. secunde substantie etiam significat hoc aliquid. ergo non est propriu primis substantiis. quia homo est secunda substantia et significat hoc aliquid. quia significat sortem. sortes vero est hoc aliquid. **S**i dicatur quod homo de suo significato principali non significat sortem. sed hominem. sortem vero significat secundario in quantum est homo tunc arguitur sic sortes est hoc aliquid et homo est sortes ergo est hoc aliquid. **S**ecundo sic prime substantie significant qualequid. ergo male assignatur propriu primis substantiis significare hoc aliquid. **A**n cedens patet. quia sortes est prima substantia et significat qualequid quia significat hominem qui est qualequid. si dicatur non significat primo hominem tunc arguitur ut prius homo est qualequid sortes est homo ergo sortes est qualequid. **T**ertio significare qualequid conuenit non solum substantiis. sed etiam accidentibus. ergo non est propriu in primis substantiis. **A**n cedens patet. quia hoc album hoc veniens et alia si multa videntur significare hoc aliquid. quia significant hoc et significant aliquid eo quod non significant nihil. **I**n oppositum est philosophus in textu. et ponitur iste discursus. **M**aior. **S**icut conuenit acciti a toto genere ab alio subiectiue dependere. ita ex opposito commune est omni substantie que est ens per se in subiecto non esse. **M**inor. **N**ihilominus omnis secunda est in prima nomine et ratione que admodum substantiales differentie predicabiles de ipsa quod non conuenit ei viceversa cum significat hoc aliquid formaliter et finaliter completum in natura. **C**onclusio. **I**gitur tres proprietates prime in subiecto non esse predicari de prima substantia vniuersaliter et hoc aliquid significare conuenienter licet differenter attribuntur substantie. **M**aior patet ex proportione subiecti ad suam proprietatem et accidentis ad suam. **A**ccidens enim dicitur iuxta

oraz pade

Contra

et illa dependet de eius subiecto  
et illa dependet de eius subiecto

# Aristotelis.

superius dicta quasi ad cadens. vel a cadens. et  
p[ro]p[ri]a dependet a suo subiecto. addit aut[em] subie  
ctive dependere. Quia est duplex dependentia.  
vna est dependentia subiectiva. et alia obiectiva.  
**S**ubiectiva illa est communis omni accidenti.  
eo q[uod] accidens p[ro]pter debilitatem sui esse no[n] ful  
citur nisi p[er] subiectum in quo habet esse cu[m] vir  
tute creata non potest sine suo subiecto subsiste  
re. Dependens vero obiectiva est specialis co  
sequens relatione[m] que p[re]ter predictam depen  
dentiam est etiam dependens ad obiectum extri  
secum. quomodo pater est dependens ad filium d[omi]n[us]  
ad seruum. **S**ubstantia vero est utroq[ue] modo in  
dependens. quia est ens p[er] se. ergo sibi conuenit  
b[ea]t[us] in subiecto no[n] esse. eo modo quo accidens est i[n]  
subiecto. **E**t dicitur notanter utroq[ue] modo p[re]d  
icto independens. quia non est in conueniens  
substantiam in quantum est quoddam creatum et  
limitatum habere dependentiam extrinsecam ad  
deum tanquam ad causam ex quo ab alio esse habet  
**P**otest aut[em] ista p[ro]prietates dupliciter exponi  
scilicet de rebus et de terminis. **D**e rebus debet sic ex  
poni esse. et no[n] esse in subiecto est commune omni  
substantie. i. omni rei que est substantia. **D**e ter  
minis vero sic esse et no[n] esse in subiecto commune  
est omni substantie. i. omni termino de p[re]dicam  
to substantie supple sicut accidens est in subiecto  
et predicari de subiecto suo no[n] accidentaliter siue  
denominatiue. nec s[ecundu]m se nec s[ecundu]m suu[m] concretu[m]. quia  
termini de p[re]dicamento substantie significat s[ub]  
stantiam abstractam. no[n] designando aliquod acci  
dens. ergo no[n] habent predicari accidentaliter vel  
denominatiue. **A**dditur aut[em] nec s[ecundu]m se nec s[ecundu]m suu[m]  
concretum ad excludendum abstracta p[re]di  
camentorum accidentium. sicut sunt albedo ni  
gredo **Q**uare licet no[n] predicantur accidenta  
liter s[ecundu]m se. tamen predicantur accidentaliter s[ecundu]m  
sua concreta. v[er]dicendo fortes est calidus. pla  
to est frigidus. **S**ecunda p[ro]positio declarat  
sic. quia omne superius actu et intellectu est in i  
feriori. secunda substantia respectu p[ri]me rationem su  
perioris habet. ergo omnibus secundis substan  
tiis uenit predicari vniuoce de p[ri]mis cuius no[n] sit  
aliud vniuoce predicare nisi nomine et ratione. **E**t addit  
et dicitur. quia differentie no[n] sunt secunde sub  
stantie eo q[uod] no[n] uenit eis actus substandi. s[un]t  
tamen substantie accipiendo substantiam p[ro]  
omni eo quod no[n] est accidens. additur q[uod] no[n] co  
uenit p[ri]me substantie e[co]tra predicari vniuoce  
de secunda. quia oportet in p[re]dicatione ordinata  
qualis est vniuoce. superius predicari de inferio  
ribus vel equa de equis. iam p[ri]ma substantia  
est infimu[m] subiectum no[n] habens sub se aliquo

inferiora. quare dicit p[ro]p[ri]a in tertio. a p[ri]ncipali  
substantia nulla erit p[re]dicatio. **E**t subdit p[ro]  
positio rationem continentem tertiam p[ro]prietate[m]  
que est q[uod] p[ri]ma substantia significat hoc aliquid  
id est vnum numero et subsistens. **E**st enim hoc  
aliquid substantia singularis indiuidua vno  
numero in qua sunt duo scilicet materia et indiui  
duancia a quibus habet q[uod] est hec id est indiui  
duat vna numero. et h[ec] no[n] est materia siue for  
ma specifica a qua habet q[uod] est aliquid in s[pe]c[ie] con  
stitutum. **Q**uare dicit boetius. ab alio res ha  
bet q[uod] est et ab alio q[uod] hec vel illa est. **A** forma q[uod]  
est. **A** materia vero q[uod] hec est. ex quo illa est p[ri]nci  
pium indiuiduationis et singularitatis. **E**t ego  
dicit p[ro]p[ri]a q[uod] indubitabile est de p[ri]mis subst[an]ti  
is quomodo hoc aliquid significat. secunde vero  
substantie no[n] significant hoc aliquid sed quale  
quid **P**ro quo notandu[m] est. q[uod] significare quale  
quid est significare quid commune quod determi  
nabile est et contrahibile qualitate ita q[uod] de ipso  
no[n] cessat questio queretis. quale est hoc sicut ge  
nus significat quid omnium specierum q[uod] essen  
ciali qualitate que est differentia est determina  
bile et distinguibile ad esse p[er]fectu[m] in specie. **E**t  
species consequenter dicit quid omnium indiuiduo  
rum que p[er] materiam et p[ro]prietates sunt in e[ss]e  
constituta. **E**t sic contingit querere de de genere et  
specie quale est hoc. quia no[n] dum ad vltimum  
determinata sunt et distincta. **S**ed de indiui  
duo cessat talis questio no[n] enim queritur qualis  
iohannes vel qualis plato sicut queritur qua  
le animal vel qualis homo. quia indiuiduum  
non potest determinari ad esse alicuius inferio  
ris cu[m] ipsum sit infimum. et ita patet q[uod] signifi  
care quale quid est significare quid commune et q[uod]  
no[n] significat hoc aliquid. secunda substantia scilicet  
videatur significare hoc aliquid in quantum actu  
et intellectu est in p[ri]ma. et de eius essentia d[omi]n[us]  
sibi nomen et rationem. **C**onclusio sequitur ex  
missis et est responsiva ad questum. **A**d ob  
iecta in oppositum ad p[ri]mu[m] est dicendum. q[uod]  
p[ro]prietates propriissime accepte sunt s[pe]c[ie]rum  
specialissimarum. tamen accipiendo p[ro]prietates  
communiter bene possunt esse generu[m] genera  
lissimoru[m]. et specierum subalternarum. quomodo di  
cimus q[uod] propriu[m] est quantitati diuidi in infini  
tum. **E**t sensibile vt dicit aptitudinem consequen  
tem est propria passio animalis. **E**t mobile p[ro]  
pria passio corporis mobilis. **A**d secundu[m]  
est dicendum q[uod] no[n] esse in subiecto est propriu[m]  
et commune substantie. propriu[m] substantie in  
communi accepte. **E**t est commune substantie p[ro]p[ri]a  
ionem ad ea q[ue] sub ea sunt et q[uod] d[omi]n[us] notant textus

Boetius hoc aliquid

Boetius quale

Subiecto de

Substantia

quod dicitur

quod dicitur

# Predicamenta

Comune est omni substantie in subiecto non esse. et satis habetur hoc ex quarta acceptione proprii in qua dicitur quod proprium conuenit soli speciei et omni supple in diuiduo eiusdem speciei.

**Ad** tertium dicendum quod aliter forma substantialis est in materia et aliter accidens in subiecto quia forma substantialis est in materia vel etiam in iecto. sicut perfectio eius prima faciens cum subiecto suo unum totum positum simpliciter. et in esse primo accidens vero est in subiecto sicut perfectio eius secunda faciens solum cum ea unum accidentaliter ex quo omne accidens aduenit enti in actu et completo. Et sic etiam subiectum equocatur cum dicitur materia subiectum esse. et subiectum esse accidens. sicut patuit superius circa secundam diuisionem antepredicamentalem. Etiam materia est bene subiectum sue fundamentum nature non tamen est subiectum predicacionis de quo est hic sermo. Et sic etiam dicendum est de secundis substantiis que sunt in primis. **Ad** probationem secunde partis argumenti dicendum licet talia accidentia virtute diuina subsistant sine subiecto non tamen sunt substantie nec conuenit eis non esse in subiecto. Quia proprietas dicitur naturalem aptitudinem et non actum. talia autem accidentia licet subsistant actu sine subiecto. seruat tamen naturalem aptitudinem ad subiectum. et ergo non conuenit eis ista proprietas quia substantia nullam habet aptitudinem ad hoc ut sit in subiecto. **Ad** quartum est dicendum quod prima substantia est ens completum ut dicit auicenna et omnes logici tam completionem formali quam materiali. sed non est completa sine secunda substantia. immo nec intelligibilis determinate sine ea quia non intelligitur inferius sine superiori. **Ad** quintum est dicendum ut tactum fuit in declaracione prime propositionis quod proprietas debet sic exponi esse et non esse in subiecto est commune omni substantie et per hoc excluduntur ficta et alia que non habent esse in rebus. Et ita esse in ista propositione non debet negari sed affirmari sic dicendo esse non in subiecto vel esse et non esse in subiecto est commune omni substantie. **Ad** sextum dicitur postenus in dubio quod partes substantie non sunt in toto sicut accis in subiecto. Quia est alius modus essendi in quo partes sunt in toto. et accidentia in subiecto. Et que partes constituunt totum. accidens vero suum subiectum non constituit. sed subiectum constitutum consequitur. **Ad** septimum est dicendum licet non esse in subiecto sit quid priuatiuum secundum uocem est tamen quid posituum secundum rem siue secundum equiuolentiam. quod equiualeat ei quod est esse per se. **Ad** octauum dicendum quod non esse in subiecto non est de

essentia substantie quia non est oino idem quod esse per se sed supaddit ei modum essendi in illum in quez non habet accidens et sic secundum rationem distinguitur a substantia et hoc sufficit in istis proprietatibus. **Ad** nonum dicendum quod affirmatio illa falsa est in qua predicatur uniuersale uniuersaliter sumptum in recto. sed non ubi predicatur in obliquo. In proposito vero predicatur in obliquo. **Ad** obiecta contra secundam proprietatem ad primum est dicendum quod predicari uniuersaliter accipitur tripliciter ibi et hic que ad modum ad longum. **Ad** secundum dicendum quod argumentum utique probat quod non est proprie propria substantie in comuni ut extendit se ad primam et secundam sed est propria secundis substantiis. Et hoc vel secundo modo vel quarto modo. quia si accipiat secundam substantiam uniuersaliter per omni substantiam uniuersali completa vel incompleta. que importat substantiam sub modo substantie. sic est propria secundo modo. quia puenit omni et non soli. **Ad** tertium dicendum quod non conuenit ista proprietas accidentibus. quia licet accidentia predicantur uniuersaliter de suis inferioribus sicut in exemplo adducto manifestum est. non tamen predicantur uniuersaliter de primis substantiis. **Ad** quartum est dicendum. quod genus generalissimum et differentie non habent rationem hoc est differentiam proprie dictam. quia talis constituitur ex genere et differentia. habent tamen aliqualem assignationem correspondentem impositioni nominis quoniam substantia dicitur ens per se et differentia habet etiam rationem explicantem esse eius. quia rationale idem est quod habens animam rationalem. **Ad** obiecta contra tertiam proprietatem dicendum primo ad primam. quod secunde substantie non significant hoc aliquid. de suo significato primario. quod secundo significant hoc aliquid. **Unde** duplex est significatum termini. nam quoddam est significatum termini primarium et principale sicut illud quod terminus habet ex prima impositione. et sic ille terminus homo significat naturam humanam. et asinus naturam asinam. Aliud est significatum termini secundarium sicut est ibi non quod habet terminus ex prima impositione. sed ex consequenti et secundo. sicut homo significat hominem. et quia sortis est homo ideo significat sortem in quantum est homo. proprietas vero dicitur de significato primario. **Ad** probationem vero dicendum est quod peccat per se fallaciam accidentis sicut cum dicitur sortis est in diuiduum homo est sortis. ergo homo est in diuiduum. **Ad** secundum dicendum est conformiter quod pri-

Deus non potest fieri  
ante seipsum  
quia non potest separari  
a seipso  
et sic deus non potest  
distingui seipsum  
a seipso  
et sic deus non potest  
distingui seipsum  
a seipso

vel melius dicitur  
quod est significatum  
primarium et principale  
et secundarium  
et sic deus non potest  
distingui seipsum  
a seipso

Duplex est significatum  
termini primarium et principale  
et secundarium

# Aristotelis

*V. dicitur subesse subiectum*  
 ma substantia non significat quale quod ex significa-  
 to primario et principali. sed solum secundario et ex co-  
 sequenti. **Ad 3<sup>m</sup>** dicendum quod individua accenti-  
 vt h<sup>o</sup> albu h<sup>o</sup> nigrum non significant hoc aliquid. sed  
 potius hoc aliquid. quia albu et nigrum non significant  
 quod. sed quale. **Ad probationem vero** dicendum est quod  
 aliquid accipitur dupliciter. vno modo transcen-  
 denter et tunc significat hoc aliquid. quia non signi-  
 cant nihil. Alio modo accipitur aliquid determi-  
 nate et sic non significat aliquid nec hoc aliquid.

**Circa predicta uidentur dubia.** **Primo**  
 quod dicitur de genere subesse substantia loquen-  
 do de eo quod est substantia. **Et** videtur primo quod  
 non proprie in tertio dicentem quod prima proprie-  
 tas non uenit soli substantie. quia conuenit diuine  
 que non est substantia. **Secundo** si dicitur esse sub-  
 stantia. vel ergo prima vel secunda sed neutrum isto-  
 rum est dicendum. **Minor** probatur non est prima. quia  
 dicitur de subiecto. **Nec** secunda quia nec species nec  
 genus in genere subesse ille sole sunt substantie vt  
 uult aristoteles. **Tertio** substantie nihil est contra-  
 rium. dicitur esse aliquid contrarium ergo non est suba. **Di-**  
 nor probatur quia h<sup>o</sup> aliquid a se maxime distans in  
 eodem genere. et talis distantia per se primo tercio  
 metaphisice est contrarietas. **Quarto** phisice  
 dicitur quanto metaphisice quod primus modus qua-  
 litatis est diuina substantie. Qualitas autem non  
 est substantia igitur etc. **Si** autem dicatur quod phisice in-  
 telligitur quod habet modum predicandi in quale hoc  
 non uideretur verum. quia metaphisice a logico  
 differt in hoc. quia metaphisice considerat ens  
 in quantum ens. logice in quantum consideratur a  
 ratione. quod ergo habet solum modum predicandi in  
 quo le gnis a logico posset solum dici qualitas non  
 tamen a metaphisico nisi sit essentialiter qualitas.

**Solutio** differentia est substantia. quia non sub-  
 stantia non est prior substantia. quia substantia est  
 primum ens sed diuina est naturaliter prior spe-  
 cie que est substantia igitur etc. **Eti**am non substa-  
 tia interepta non interimitur substantia. sed dif-  
 ferentia interepta interimitur species. que est sub-  
 stantia. igitur etc. **Tertio** dicitur esse pars diffinitio-  
 nis. igitur indicat aliquid essentie speciei. nihil  
 autem pertinet ad essentiam speciei nisi substantia  
**Eti**am si esset accidens faceret unum ens per acci-  
 dens cum genere. et tunc addita generi facit speciem  
 ergo omnis species in genere substantie esset ens  
 per accidentem. et ita nulla esset species vera. **Ad**  
 primum in oppositum est dicendum quod conuenit  
 aliquid substantia scilicet quod non est directe in gene-  
 re substantie sicut sunt species et genus. **Et** eo-  
 dem modo soluitur secundum. **Et** ex isto patet  
 quod diuina est substantia et non est substantia. **Unde**

ipsa potest tripliciter considerari vt inuit alfer-  
 tus. primo secundum se quantum ad id quod est. **Se-**  
 cundo in ordine ad ipsum quam constituit. tertio in  
 ordine ad genus quod diuidit considerando ea  
 primo sic est substantia. quia ipsa iuxta predicta  
 dicit formam substantialem que dat esse in actu  
 toti substantie compositae. siue speciei. secundo mo-  
 do considerata etiam est substantia. quia vt probatur  
 fuit omne constituens substantiam est substantia  
 differentia constituit speciem que est substantia etc.  
**Tertio** modo considerando eam est substantia  
 secundum rem sed habet se per modum accidentis. quia  
 non est de esse generis. sed consequitur ipsum gen-  
 us quod tamen non est completum esse. quare non potest  
 esse accidentem secundum rem et naturam accens.

**Alij** vero dicunt hoc sub his uerbis et in idem redit.  
**Substantia** accipitur dupliciter vno modo  
 communiter vt extendit se ad omne illud quod est in  
 predicamento substantie siue ponatur in recta li-  
 nea predicamentali siue in linea laterali. et sic dicitur  
 est substantia. **Alio** modo accipitur stricte per  
 solum dicitur de his que ponuntur in recta linea pre-  
 dicamentali secundum ordinem suppositionis et suppo-  
 sitionis et sic differentia non est substantia. et ita si  
 suba capitur coiter sic non esse in subiecto est pro-  
 prie proprium. ueniens omni soli et semper. **Si** uero  
 stricte capiatur substantia sic in subiecto non esse  
 non est proprium substantie. quia non conuenit lo-  
 li substantie sed etiam diuine. que non est substantia  
 stricte capiendo substantiam.

**Ad** tertium est di-  
 cendum quod contrarietas vno modo accipitur pro  
 maxima distantia. et hoc modo priuatiue oppo-  
 sita dicuntur contraria. sicut primo phisicorum  
 priuatio et forma dicuntur contraria. et hoc modo  
 est in omni genere **Alio** modo sumitur vt est maria  
 distantia formarum mutuo circa idem subiectum  
 sese excellentiis. et sic sumitur hic et in quinto  
 phisicorum ubi dicitur in hoc genere est contrarie-  
